

# Sermo

peccatorū **I**do dicit deus. Ego sū ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. et peccatorū tuorum nō recordabor. **Esa. xliij.** Quarta est causa finalis cōpletiva. hec ē fides de qua dicit thema. **F**ides tua saluam te fecit vade in pace. Quoniam peccator semp est i guerra cū deo q̄diu est in statu peccati mortalis. **Q**uestio ē tñ hic. q̄re xp̄s at tribuit saluationez celestē magis fidei dicit. **F**ides tua rē. q̄ p̄nie di. p̄nia tua rē. v̄l remissioni di. remissio peccatorū te saluam fecit rē. **R**espōsio q̄ nulla p̄nia potest remittere peccata nisi sit in fide fundata. ideo penitētia infidelīū. scz iude orū vel aliorum nō remittit peccata. qz sine fide impossibile est placere deo **heb. xj.** Nota quomodo oīa opera penitētia fundat in fide. vñ peccatorū cognitio in fide fundat q̄ dicit q̄ b̄ r̄ b̄ est peccatū **I**te cōtritio ex fide ē q̄ dicit q̄ ex peccato mortali perditur gr̄a r̄ gl̄ia: incurrit pena. ideo dolet. tristat. r̄ p̄terit. **I**te p̄positū cautēdia peccatis ex fide est q̄ dicit q̄ caueam⁹ a peccatis. **I**tem oris cōfessio est ex fide que dicit q̄ i cōfessione remittunt peccata. **I**tem ieiunare est ex fide que dicit q̄ q̄ non punitur in hoc mundo punitur in alio. **I**dem de oratione. de elemosyna de iniuriarū remissioe vt deus remittat. **I**te restituere fidei ē que dicit q̄ non dimittit peccatū nisi restituat ablatū. **I**te cōicare fidei est que dicit. nisi mādūcaueritis carnē filij hoīs rē. **Joh. vj.** Ecce quare dicit sibi. **F**ides tua rē. **I**n q̄fū datur p̄nia tua. te saluā fecit. fide purificans cor da eoz. **Act. xv.** **F**ide purificās. suple de⁹ cor/da eozū scz peccatorū. **I**do fundetis vos in fide di. **C**redo in deū. mane r̄ sero.

**S**eria sexta post Iudica.

**Q**uollegerunt pontifices. id ē. plati. r̄ pharisei. id est doctores r̄ rectores populi scz vtrūqz brachiū. **p**silij aduersus ihm̄. **Joh. xj.** **S**icut sc̄pta mater ecclesia i die venris sancta recitat passionē xp̄i. put fuit executā r̄ practicata sic hodie sp̄am recitat fm̄ q̄ fuit ordinata tractata r̄ diffinita p̄ncipes iudeoz r̄ phariseos in **p**silio generali. **E**t de hoc erit sermo noster. **S**z p̄mo saluetur x̄go maria. **D**e isto generali **p**silio in quo mors christi fuit ordinata tractata et diffinita p̄ncipes r̄ phariseos. ego notaui tria puncta in sc̄cto euāgelio q̄ sūt. **p**positio maligna. diffinitio indigna. absentatio benigna. **P**rimo notaui i sc̄cto euāgelio de isto **p**silio **p**positionē malignā quā fecerūt p̄tra xp̄m. **D**e qua dicit p̄ma ps euāgelij **Q**uollegerūt pontifices. i. plati r̄ pharisei. i. doctores r̄ rectores populi. **E**t vtrūqz brachiū **p**silium aduersus ihm̄ r̄ dicebāt. quid facim⁹. **H**omo multa signa facit si dimittim⁹ eum sic oēs credent in eum. r̄ veniēt romani r̄ tollent locum n̄m r̄ gētē. **E**cce h̄ **p**positio maligna in paucis

verbis. aliq̄s ipoz **p**posuit dicēt. **Q**uid facim⁹ q̄si diceret. quotidie tenem⁹ **p**silia r̄ nihil facim⁹ **I**ste homo destruit nos. **D**edignabant euz nō minare nomie pp̄rio. **I**ste homo multa signa facit. illuminat cecos. sanat contractos. resuscitat mortuos rē. **I**do erat ei magi credendū q̄ moy si q̄ non fecit tot signa. patz **Exo. iij.** **I**do si mittimus eum sic. s. viuere. omnes credent in eum. tanq̄ in regem messiā. r̄ veniēt romani qui destruent nos r̄ tollent nostrū locū r̄ gētē ciuitatem hierlm̄. put **Dan. ix.** **C**iuitatem dissipabit populus cū duce v̄turo r̄ finis eius vastitas. **H** fuit a saluatore p̄dictum. **Luc. xix.** **V**idens ih̄s ciuitatē fleuit sup̄ illam di. **S**i cognouisses r̄ tu qz ecce venient dies i te rē. r̄ nō relinquet lapis super lapidem rē. **I**do dimissis omnib⁹ alijs negotijs tractem⁹ de isto homie quid faciendū est. **E**cce hic **p**positio maligna. **D**e isto maligno cōsilio **p**phetavit iam ante iste sc̄ct⁹ patriarcha iacob. **Q**ui quādo debuit mori filijs suis **p**gregatis dixit. **C**ogregamini vt annunciē vobis i diebus nouissimis. **Gen. xlix.** **N**ota que v̄tura sūt vobis cōtra iudeos q̄ aliter exponunt **I**n diebus nouissimis. s. regis messie qui i vltima etate mūdi erat venturus. **D**e quo **Esa. ij.** **E**rit in nouissimis diebus **p**paratus mons domus dñi i vertice montiū. r̄ eleuabit sup̄ colles. r̄ fluēt ad eū oēs gentes. iudei r̄ expositores xp̄iani exponūt h̄ de christo. r̄ iacob filijs suis nūciauit singulatim dicēs vni post alterū que v̄tura erāt in sua tribu scz illa maiora. **E**t voluit q̄ symeon r̄ leui venirent simul coraz eo. qz ambo simul eēt p̄ncipes in eodem crimine **Q**uid⁹ dixit. symeon et leui fr̄es vasa iniquitatis bellātia. **I**n **p**siliū eozū nō veniet aīa mea. r̄ in cetū eoz nō sit gl̄ia mea. qz in furore suo occiderūt virū. i. xp̄m **x**tuosum quē dauid vocat dñm **x**rtutum. in voluntate sua suffoderūt murū. maledict⁹ furoz eoz. qz perit/nax r̄ indignatio eoz. qz dura. diuidaz eos i iacob. r̄ disperdā eos in isrl̄. **Gen. xlix.** **N**ō symeon r̄ leui fratres nō generatiōe sed etiam in alicia r̄ imitatione. **I**do dixit christ⁹ eis **Joh. viij.** **E**os scz pharisei de tribu symeon r̄ p̄ncipes de tribu leui. vt dicit beatus **H**iero⁹. ex patre diabolo estis. **I**do dixit eis iacob **S**ymeon r̄ leui fratres scz filij diaboli homicide. vasa iniquitatis bellātia scz cōtra christuz. in cōsiliū eozū rē occiderūt virum. id ē. christū **E**t loquit de p̄terito de hoc quod erat futurū ex certitudine prophetie. suffoderūt murum. i. fidē catholicā quam christ⁹ fundauit. **E**t duodecim turrez fecit. scz. xij. articulos fidei. hūc murū suffoderūt p̄ncipes r̄ pharisei in sua voluntate r̄ nō in rei **x**itate. quia nō potuerunt destruere fidem catholicā diuidam eos i iacob rē. quia ex isto peccato iudei fuerūt diuisi r̄ dispersi per vniuersum munduz. **N**ota hic diuinam iusticiam. **I**sti iudei tractabāt mor

## Feria sexta post Iudica

tem christi vt complacerēt romanis : ne romani  
venirent contra eos. et non timuerūt displicere  
deo occidendo filium suum. **S**icut iuxta regulā the  
ologie. per que quis peccat per hec et torquetur.  
**Sap. xj. Item Augustin⁹. De pena tua pecca-**  
**tum tuum accusa. qz per romanos deus destru-**  
**xit eos scz per tyru et vespasianū. Et sicut iudei**  
**vendiderunt christū triginta argēteis. sic roma-**  
**ni vendiderunt triginta iudeos p vno denario**  
**Et tota ciuitas hierusalē fuit funditus p roma-**  
**nos destructa. et omnes iudei vel occisi vel vēdi-**  
**ti ppter mortem christi. Moraliter habemus**  
**hic doctrinā. Si vultis qz deus non det puniti-**  
**onem vel destructionē. caueatis ne amore vel ti-**  
**more alicuius faciatis aliquid cōtra deū. verbi**  
**gratia. Caueant seruitores vel famuli ne cōtra**  
**deum complacent suis dominis et magistris.**  
**als dominus puocabit eos contra ipsos. Ista ē**  
**causa quare in curijs dominoꝝ illi q sunt ab eis**  
**magis dilecti veniunt ad malum finem et destru-**  
**ctionem. Idem de dominis cōtra deum compla-**  
**eendo subditis nō puniēdo ipsos fm q iusticia**  
**requirit. quia surgunt cōtra eos et sunt eis pē-**  
**tores. iuxta regulā. per que quis peccat et Idē**  
**de mulierib⁹. Caueat mulier ne amore vel timo-**  
**re cōsentiat viro de corpore suo aliqd ptra deum**  
**et. quia als de⁹ puocabit sibi virū et. Per op-**  
**positum caueant viri ne ad complacendū vxori**  
**bus ornamentis et vanitatib⁹ faciāt contra deū**  
**scz vsuras furta et. als deus puocabit mulierē**  
**aduersus virum. quia faciet aliquid contra ho-**  
**nozem viri. Idem de filijs erga parentes et econ-**  
**uerso. fm deum potest homo complacere omni-**  
**b⁹ sed nō cōtra deum als et. Auctoritas dauid**  
**pē. lij. Deū non inuocauerūt illic trepidauerūt**  
**timore vbi non fuit timor. quoniam deus dissip-**  
**abit ossa eorum q hominib⁹ placent. confusi sunt**  
**quoniam deus spreuit eos. Nota ossa eorū. id est**  
**bona tēporalia qbus sustētamur vt homo sustē-**  
**tatur ossibus qui hominib⁹ placent scz cōtra de-**  
**um. pphetia fuit dauid illoꝝ iudeoꝝ de cōsilio**  
**dicētū. Quid facimus. qz hic homo mltā signa**  
**facit. Moraliter sicut rex dat certum signum**  
**vel diuisim suis militib⁹. vel sicut pastor signat**  
**oues suas certo signo. sic christ⁹ suis electis dat**  
**tria signa spiritualia scz signum creatiōis. adop-**  
**tionis. signum recōciliationis. Primū signum**  
**est imago dei expressiū trinitatis. scz memoria**  
**intelligētia. et volūtas. hoc signum datur a deo**  
**in creatione anime quēadmodū rex in moneta**  
**quam facit auri et argēti imprimit suaz imaginē**  
**Secus in alia moneta de cupro vlt stanno. sic de**  
**us ab inicio fecit monetam de plūbo siue stāno.**  
**scz creaturas irrōnales. deinde fecit monetā d au-**  
**ro scz hominē. et imposuit signū imaginis Quo-**  
**nam sicut deus vnus est tres psonē. ita anima**  
**vna est tres potentie. Gen. ix. Ad imaginez dei**

quippe factus est homo **De isto signo** dicit dauid  
**Signatum est sup nos lumē vultus tui domine**  
**nō dicit infra. nos scz in carne. nec intra nos scz**  
**in sensualitate. et super nos scz in anima in q de⁹**  
**pater imprimit memoriā. filius intelligentiam.**  
**spūsanctus voluntatē. Et iste tres potentie sūt**  
**vna anima sicut pater filius et spūsanctus sunt**  
**vn⁹ deus. hec imago est pulcherrima quādo est**  
**sine peccato. Scz deturpat horribiliter ex pecca-**  
**to mortali. Sed hoc signū non sufficit ad salua-**  
**tionem. Scdm signum dicit adoptionis qd da-**  
**tur in baptismo. Doctrina ē in sacra theologia:**  
**qz in baptismo datur quoddam signū in anima qd**  
**a sanctis doctorib⁹ dicitur caracter pulchrū signū**  
**ad instar stelle in fronte. Ideo Iohes baptista**  
**et virgo maria voluerūt baptizari a christo. lz fuis-**  
**sent sanctificati i vtero matris vt haberēt signū**  
**caracteris De isto signo dicit apostol⁹ aliquib⁹**  
**quos baptizauerat. Credentes signati estis spi-**  
**ritu pmissionis sancto qui est pignus heredita-**  
**tis nostre. Eph. i. Nota pignus hereditatis.**  
**qui tenet pignus securus pōt esse de debito pro-**  
**missio. Ita signum caracteris est signum certum**  
**de gloria habenda. ideo pueri nouiter baptisati**  
**quādo decedūt ad portam paradisi ostendūt si-**  
**gnum: et statim habent ingressum. Ideo dicit. pi-**  
**gnus hereditatis. ex pmo signo nullus cōsequit-**  
**tur hereditatem paradisi sicut nec filius bastar-**  
**dus hereditatem patris q̄tūcūqz assimilet pa-**  
**tri. ppter hoc pueri quādo moriunt ante baptis-**  
**mū tanq̄ bastardi nō psequunt hereditatē pa-**  
**radisi lz assimilent deo ex pmo signo. qz nō sūt**  
**filij legitimi per baptismū. Ideo dicit christus.**  
**Amen amē dico vobis nisi q̄s renatus fuerit ex**  
**aqua et spiritu sancto nō potest intrare in regnū**  
**dei. Ioh. iij. Tertium signum est recōciliationis**  
**qd datur in penitētia quādo deturpati estis pri-**  
**mis duobus signis p peccata homo recōcilia-**  
**deo p veram penitentiā pterēdo de peccatis cō-**  
**fitendo. etiā quādo cōfessor absoluit. tūc dat in**  
**aia quoddam signū qd dicitur ornatu ad instar**  
**vnus pulchri crinilis qd portat a nobili domi-**  
**cella in fronte. qd signum quando videtur a de-**  
**monibus quādo anima p mortē egredit de cor-**  
**pore demones fugiunt et in receptione vnus si-**  
**gni duo alia signa pulchrificant et decorant. hoc**  
**signum petebat dauid a deo dicēs. Fac mecum**  
**signum in bono vt videāt qui me oderūt scz de-**  
**mones. et cōfundantur quoniam tu domine adiu-**  
**uisti me. et cōsolatus es me. ps. lxxxv. Dicatur**  
**quomodo in morte veniūt demones vt tollant**  
**animā suam. Sed virgo maria obtinuit pro gra-**  
**tia singulari qz in morte sua non videret demo-**  
**nes. In hoc puncto oportet nos venire et in isto**  
**conflictu et nescimus si hodie vel cras. lz qn aia**  
**portat secum hoc tertiū signū. Demones pfulsi**  
**fugiunt et angeli boni ipam recipiunt et associāt**

# Sermo

**I**do omnino habeam hoc tertium signū. Ecce quare dicit hic homo sciz christus verus deus et homo multa signa facit in suis ouibus. id ē. electis. non solum signa corporalia. sed etiam spiritalia. ecce tria p̄dicta. Secūdo notauit in euangelio de illo consilio diffinitionē indignā. quia indigne et iniuste fuit ibi cōclusum et diffinitum q̄ christus moreret. De hoc dicit secūda ps euangelij. Unus autem ex ip̄s Cayphas nomine cū esset pontifex anni illius dixit. vos nescitis q̄cōq̄ nec cogitatis. quia expedit vobis vt vn̄ homo moriatur p̄ populo ne tota gens pereat. hoc autem a semetipso nō dixit. sed cum esset pontifex anni illius p̄phetauit. quia iesus moriturus erat p̄ gente. et nō tm̄ pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi cōgregaret in vnum. ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerēt eum. Ecce diffinitio indigna et cōclusio illius cōsiliij. Nota practice quomodo cōsiliū currit de voce in voces et quilibet in loco suo dicebat vortum suū. Et videtur q̄ in isto consilio erant diuisi. Quidam dicebāt q̄ christus omnino moreret. quoniā christus cōfundebat eos coraz populo. idō rē. Quidam ad idem q̄ moreret. Ratio est quia totus populus sequit eum nobis dimissis et neglectis rē. Quidam autē qui erant p̄ christo sed occulte. sicut ioseph ab arimathia. de quo Luc. penult. q̄ non cōsensit consilio et actibus eorū et gamaliel. de quo Act. v. et nicodemus de quo Joh. iij. q̄ dicebāt cum tempus messie sit cōpletum antēdatis ad signa que facit. et ad testimoniu qd̄ Johānes sibi fecit. non audebant dicere clare q̄ esset messias. quia occidissent eos. libenter tamē euz saluassent. Item dixit nicodemus de quo Joh. viij. vbi ait. Nūquid lex nostra iudicat homines nisi prius audierit ab ip̄o et cognouerit quid faciet. quasi diceret. fiat sibi p̄cessus fm̄ lege nec moriatur sic subito. hoc dicebat nicodemus ad hunc finem. quia forte iterum cōuerterent sicut ministri: quos miserunt ad capiendū christū fuerunt cōuersi dicentes. nunq̄ sic locutus est homo. Alius dicebat q̄ sufficeret p̄ceptum penale ne decetero p̄dicaret. Alius dicebat q̄ teneretur captus vel arrestatus in suo loco de nazareth et sufficeret. Alius q̄ p̄ciperetur populo ne audirēt ip̄m decetero. et sic cessaret sua p̄dicatio paulatim. Alius dicebat q̄ mitteret in carcere cum pane et aqua vt moreret ibi. Alius dicebat q̄ exularent eum de patria. Alius dicebat q̄ captus et ligatus mitteret romano impatori cum p̄cessu quomodo faciebat se regem iudeoz rē. Alius dicebat q̄ recurrerēt sup̄ hoc ad pilatum q̄ erat ibi p̄ impatore. ita q̄ in dicto consilio non erant concordēs. Tūc Cayphas qui erat pontifex anni illius qui p̄sidebat in cōsilio auditis votis et rationibus omniū dixit. vos nescitis quicōq̄. id est. ignorantes estis. nec vos domine nicodeme

datis bonū p̄siliū. nec vos dñe talis rē. Et cōcludit diffiniendo dicēs. Expedit vobis vt vn̄ homo moriatur p̄ populo et non tota gens pereat. Super hoc dicit Joh. Hoc a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius p̄phetauit q̄ iesus erat moriturus p̄ gente. quicōq̄ ibi fuit malicie fuit a Caypha. s; q̄ christus moreretur vt saluaret sibi credentes et obedientes. hoc fuit a spiritu sancto qui p̄phetauit ore mali p̄tōficis quē admodū fuit locutus ore animalis. vt patz de asino balaam. Tūc dederunt sententiā mortis contra christuz cum notario publico mādantes q̄ caperet vbiq̄ inueniret. De isto cōsilio p̄phetauit dauid dicens. Quoniā declinauerūt te. id est. cōtra te mala. cogitauerūt consilia que non potuerunt stabilire. id est. refrenare. ps. xx. imo vnus dicebat vnum. aliue aliud rē. Nota cum dicit Declinauerūt et non tenuerūt. Declinatio fm̄ gr̄maticos fit p̄ sex casus. scilz nomi/natiuū. Sic iudei declinauerunt christū per sex casus. Primus est nominatiuus a nominando quando ip̄i videbant christum nominabant ipsum sic. Ecce homo vorax potator vini et amic⁹ publicanorū. Matth. xj. Nam postq̄ christus fecit quadragesimā duram dando exempluz penitētie p̄sonis cōtemplatiuis et spiritualib⁹ post modum incepit predicare et tenuit vitam cōmunem comedendo et bibendo cōmunia exceptis carnibus. dando exemplum p̄dicatozib⁹ qui habent laborare vt caueant ne ex nimia abstinentia habeant dimittere p̄dicationem. Ido iudei dicebāt. Ecce homo vorax rē. Secundus casus dicitur genitiuus a generando dicēs. Nōne hic est fabri filius. nonne mater eius dicit maria. et fratres eius iacob⁹ et ioseph et symon et iudas. et sorores ei⁹. nōne oēs apud nos sunt? vnde ergo h̄ omnia huic? Matth. xij. Tertius casus dicitur datiuus a dando. quia omnes gratias quas christus dabat interpretabatur in maluz dicētes. hic non eijct demonia nisi in beelzebub p̄ncipe demoniorū Luc. xj. Idem d̄ gratijs spiritualibus et remissione peccatorū dicētes. hic blasphemat Mar. ij. Quartus casus dicitur accusatiuus ab accusando. quia accusabant ipsuz de criminib⁹ lese maiestatis vt moreretur dicentes. hunc iue nimus subuertentē populū nostrum. et phibentem tributa dare cesari. et dicentem se regē xp̄m esse. Luc. xxij. Quint⁹ casus dicitur vocatiuus a vocādo dicēs. veni demoniace veni samaritane nonne bene dicim⁹ nos quia samaritan⁹ es et demonium habes. Joh. viij. Sext⁹ casus dicitur ablatiuus ab auferendo. auferētes sibi sanctitatem nō realiter sed x̄baliter dicētes. Nos scim⁹ qz h̄ homo peccator est. Joh. ix. Non ē h̄ homo a deo. qz sabbatū nō custodit Itē auferēbāt sibi populuz dicētes. Quid eū auditis insanit et demoniū h̄. Joh. x. Ecce quomodo declinauerūt

## In vigilia palmarum

um per omnes casus. Et ideo dixit propheta. Quis declinauerunt etc. Moraliter nota h̄ super hoc ut filios dei. id est. predestinatos congregaret in unum id est. in unam ecclesiam ex iudeis et gentilibus constitutam ut esset unum ovile sicut et unus pastor. Et inuenio quattuor congregationes factas a christo ihu. Prima est misericordia diuinali. Secunda de iusticia vniuersali. Tertia de saluatione celestia. Quarta est damnatione eternali. Prima fuit quoniam congregabat infideles et paganos ad unam fidem. baptismum. vitam. et pacem. Eph. iij. vnus dominus. vna fides. vnusqueque baptismus. vnus deus et pater omnium etc. De ista congregatione dicit ipsemet. Hierusalem hierusalem que occidis prophetas. quoties volui congregare te quemadmodum gallina congregat pullos sub alas et noluisti etc. Mat. xxij. Nota quomodo ad instar gal-line que habet pullos clamabat predicando ut congregaret gentes sub alas scilicet credentie et obedientie. De quibus dauid dixit. Sub umbra alarum tuarum etc. Si ergo volumus euadere et fugere milium inferni ad instar pulloz. ponamur nos sub alas christi. Secunda congregatio est iusticie vniuersalis. et erit in die iudicii mortuo antichristo. tunc omnes congregabuntur coram christo quia ipse dabit tunc retributionem secundum opera que fecimus bona vel mala. De ista congregatione auctoritas Mat. xxv. Cum venerit filius hominis in sede maiestatis sue congregabuntur ante eum omnes gentes. Tertia congregatio de saluatione celesti et erit quoniam christus dicet bonis qui erunt a dextris. Venite benedicti etc. Mat. xxv. qui statim virtute glorie ascendent in altum in societatem christi. angelorum et sanctorum. de quo dicit christus Mat. xij. In tempore messis dicite messoribus. Colligite primum zizania et alligate ea in fasciculos ad comburendum. triticum autem congregate in horreum meum. Quarta congregatio erit de damnatione eternali quando data a christo sententia damnationis contra malos dicentes. Discedite a me maledicti etc. omnes simul in corpore et anima cadent in inferno. de ista congregatione auctoritas Esa. xliij. In die illa visitabit dominus super miliciam celi in excelsis. et super reges terre qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregatione vniuersalis in lacum et claudentur ibi in carcere: et post multos dies visitabuntur. Tertio notauimus in secundo euangelio hodierno absentationem benignam scilicet ex parte christi. quia determinato et concluso consilio sciens christus quod nondum venerat tempus et hora passionis sue recessit et abscondit se. De hoc dicit tertia pars euangelii. ihesus autem iam non palam ambulabat apud iudeos. sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem. et ibi morabatur cum discipulis suis. Ecce hic absentatio benigna. quia dominus et creator voluit cedere a iudeis maliciosis et fugere in ciuitatem effrem

iuxta desertum postquam fuit data sententia mortis contra eum. Moraliter dat in hoc nobis christus exemplum et instructionem fugiendi mortem spiritualem. quia mors corporalis non potest vitari. nec potest quis eam fugere. Nam in consistorio sancte trinitatis datur sententia mortis contra peccatorem. Auctoritas Ezech. xvij. Anima que peccauerit ipsa morietur. nec aliquis potest se excusare de peccatis. est ergo nobis remedium ad instar christi fugere et ire in ciuitatem effrem que interpretatur fertilis et abundans que significat penitentiam que fertilis est abundans in gratis virtutibus et meritis in remissionem peccatorum mortaliu[m] quantum ad culpas et etiam quantum ad penas. Auctoritas. Omni habenti dabitur et abundabit ei autem qui non habet. et quod videtur habere auferetur ab eo. Mat. xij. Nota omni habenti scilicet veram penitentiam. dabitur scilicet remissio peccatorum et gratia. ei autem qui non habet scilicet penitentiam. bona temporalia prelatio domini diuitie auferentur ab eo scilicet per mortem vel quod videtur habere scilicet de bonis spiritualibus auferetur ab eo. et dicitur quod ciuitas effrem erat iuxta desertum et parua ciuitas depopulata. quia ciuitas penitentie quasi deserta est. quia pauci habitant in ea imo a multis despicitur et dimittitur. Ido dicit christus quod angusta est porta et ardua via que ducit ad vitam. et pauci sunt qui inueniunt eam. Mat. vii. Ido de penitentia dicitur in terra deserta inuisa. id est. sine via. quia pauci inde transeunt et iniqua scilicet sine aquis deliciarum. Et ecce bonum quod persequitur ex penitentia sic ut in sacro apparui tibi. ut viderem virtutem tuam et gloriam. ps. lxij. Ideo christus Mat. iij. Penitentiam agite. id est. ad ciuitatem effrem confugite si sententiam eterne mortis vultis euadere. Deo gratias.

In vigilia palmarum sermo.

**S**ubleuatis oculis iesus in celis dixit. venit hora clarifica filium tuum. Joh. xvij. Totum sanctum euangelium hodiernum est vna deuota et sancta oratio quam dominus fecit coram discipulis suis in nocte passionis. Et continent tria puncta in euangelio scilicet dispositio conueniens. postulatio sufficiens allegatio proficiens. Primo christus disposuit corpus cum anima conuenienter. Secundo postulauit sufficenter. Tertio allegauit prudenter. Hec tria debet quilibet obseruare in sua oratione si cupit a deo exaudiri. Hec tria ostendunt subtiliter in themate proposito. primum ibi. Subleuatis oculis ihesus. secundum ibi. dixit scilicet orationem suam postulando patri. tertia ibi. Venit hora clarifica filium tuum. Ecce hic petitio sufficiens. Primo dico quod in sancto euangelio ostendit de deuota oratione christi dispositio conueniens necessaria orationi. scilicet. gestus corporis